

R. 25. 429

PERFACILIS
ARS

CHRONOLOGICA
CL. V. DOM.


D. JACOBO
LLORENTE DE ARAUJO:

AUTHORE

Doct. D. Luca Bonaventura Bueno:

COMPOSTELLÆ.

APUD D. ANDREAM FRAYZ,
Anno M. DCC. XLVI,



to
fe/
no
va
tan

AL SEÑOR D. JACOBO
Llorente de Araujo.



*N*o sabia yo, Sr. D. JACOBO, ilustrar esta pequeña Obra con el nombre de Vm. sin asegurar al mismo tiempo, que no me pasó por la imaginacion aquello de tributar culto, rendir obsequio, reconocer obligacion, manifestar agradecimiento. Es verdad, que assi como no debemos menos à los instantes, que nos conservan, que à los que primero nos dieron el ser, tampoco estamos menos obligados à los Poderosos,

Jos , que promueven con su proteccion nuestra fortuna , que à los que nos dieron el aliento inciertos de la prospera , y expuestos à la infeliz. Y tambien es verdad , que mi memoria siempre me representará esta obra , mis estudios , y mis honores , como efectos de la liberalidad de Vm. Pero ni basta esso , para que me persuada , que ofreciendosela , satisfago en mucho , ni en poco à la obligacion , ni à la gratitud. Sè yo muy bien , que este genero de dones es por lo regular imaginario , y que verdaderamente no tiene mas que el nombre , como quando no se disfrazan mas que las vanas lisonjas de el gusto , bajo las afectadas apariencias de un gran Presente. Para què se desvela un Escritor ? Para què se fatiga , y pone su entendimiento en una prensa ? Para algun provecho de la Persona , à quien dedica la obra ? No piensa por entonçes en ella. Y aunque pensara , de què servirán à su Mecenas todos effos sudores de su cerebro ? De bendita la cosa. Algunas veces solo sirven de hacerle el flaco servicio , de que injusta-

mente le atribuyan el mal gusto , de apreciar las importunas , hinchadas , desmedidas , y jaectanciosas alabanzas de la Dedicatoria. El menos justo escribe , para hacerse famoso , y el más escribe para el progresso de las letras , ò de las virtudes. Y de ninguno de estos motivos resulta especialmente algun bien al Patrono , à quien se consagran los Escritos , à lo mas , si percibe algun fruto , es como cada uno de tantos , que quieran , ò puedan leerlos. Què buen merito , luego , llevaria yo para con Vm. si me valiesse de unos titulos de tan poca sinceridad? Què agrado pudiera prometerme de una maravillosa delicadeza de gusto?

Pues què si se añadiesse la desatencion , è inurbanidad de creer , que havia hecho algo , colocando un Nombre , que venero tanto , en la frente de este papel? Hudiera necedad mas insolente , mas vil , y mas culpable , que satisfacer yo mi ambicion , quedando muy satisfecho con la vanidad mal dissimulada de haver hecho un honor à

mi Mécenas? De quièn seria la gloria? Y de
quièn la dignacion? Por ventura no es esta la de
Vm. y aquella la mia?

Pero ni aunque este genero de culto tudies-
se menos de fingida, dexaria yo de trasladar con
infausto agüero este Arte Chronologico à sus
manos. Mi propria experiencia fomentaria la des-
confianza de el Patrocinio; porque en las ocasion-
es, que tuve el honor de acercarme à Vm. y
en las quales siempre advertì su semblante sere-
no, benigno, y agradable, solo percibia, que
como à Cielo le turbaba alguna nube menos ri-
sueña, si tal vez impelido de la gratitud, pro-
nunciaba con los labios, ò indicaba con la demis-
sion, que reconocia los favores, ò confessaba los
beneficios. Es el grado mas sublime, hasta donde
puede llegar la generosidad: pretender ingratos à
los que se procura favorecidos. Seneca aquel gran
Maestro en la materia de beneficios no tirò tan alla,
la barra de la fineza. Acafo creyò imposible tan-
ta perfeccion, para que pudiessemos decir de este,

assum

assumpto con mejor razon, que Claudiano.

Quod nec vota pati, nec fingere sōnia possēs.

Pondera el Estoyco la liberalidad de Ebutio:

dicele, que hace tan francamente los bene-

ficios, como si los debiera, como por oficio, ó

de justicia; pero llegando al punto de ingratos,

dice, que se empeña tanto, en repetirles, y

multiplicarles los favores, que al fin consigue, que

se truequen en agradecidos: *propositum opti-*

mi viri, & ingentis animi est tandiũ

ferre ingratum, donec feceris gratum.

Pues si es de un Varon excelente, y de un co-

razon magnanimo tolerar desatentos, basta tro-

carlos en agradecidos, que serà tolerar agrade-

cidos, basta que por el miedo de no ofender à

la generosidad, aprendan à parecer desaten-

tos?

Este caracter tan proprio de Vm. que

no seria faeil, hallarte semejante, fue va-

rias veces materia de mis reflexiones. Y lle-

guè à pensar, que por una conducta tan

sabia havia Vm. hallado el secreto de anticipar en la circunstancia mas principal los favores à los ruegos, aun quando fuera de su intencion, parece, que previenen los ruegos à los favores. Concede Vm. dos beneficios en uno solo, que se pretenda: por una parte franquea, el que se pide para entonces: y por otra, que es la mayor, dispensa en la ley de agradecerle, que estaba lexos de solicitarse. Sin duda que con una capacidad tan perfecta, y exquisita llegò Vm. à comprehender, que assi como hay una generosidad propria de el que favorece, debe tambien haver otra propria de el favorecido, consiste la primera en aquel grado de perfeccion, de que Vm. me diò la mas expresiva idea. Y consiste la segunda en un porte tan ingenuo, que sin violar el respeto, diste mucho de la bajeza, ò sinò en una libertad generosa, y fuera de los dominios de el rubor, que en los favores recibidos confie tener ya toda la proporcion, y merito, para recibir otros de nuevo. Pues como para la nobleza de Vm. es lo mismo ser. agrade-

de

decido, que sujetarse indignamente à la humildad, al abatimiento, y al ultraje, afectos, que nunca se presentan con agrado à la verdadera generosidad, y que son incomparibles con alguna elevacion de espiritu en el que los padece, quiere Vm. que el agradecido lo sea tambien con grandeza, y con liberalidad: esto es, quiere, que assi como es el que favorece liberal, para conceder, sea tambien el favorecido liberal, para recibir, y es cierto, que no hay lugar, à que practique su liberalidad el primero, sino practica tambien su liberalidad el segundo. Y ahora si que à la luz de esta reflexion llego yo à entender aquella sententia, que hasta aqui me havia sido dificultosa, de el P. de la eloquencia latina Tulio: es proprio de un animo ingenuo, ò generoso, querer deber mas à aquel, à quien ya se debe mucho: Est animi ingenui, cui multum debeat eidem plurimum velle debere.

No cumpliera yo, luego, Sr. D. JACOBO, con la generosidad propria de Vm. ni tampoco con

la mía, si le dirigiese esta obra por otro motivo, mas que el de una nueva Merced. Y ya en este nombre solo puedo confiadamente prometerme la concession, y la buena fortuna de este Arte Chronologico. Este Poema, Señor, por su calidad, por mi profesion, y por nuestra patria, no tiene circunstancia, que le asegure alguna estimacion, dandole à la luz publica. Además de esso fue compuesto en esta Montaña de Castenda, en donde apenas se trata de mas cultura, que la de la tierra, mal obediente aun al Labrador inenocodicioso. Pudieron sonoras aves, y proluxa soledad prestarle algun contento suave; pero el desapacible, y borrisfónico tono de Cuervos, y de Grajos, unas veces interrumpió su numero, y otras hirió el oído con pesadissima dureza. Assi todo él no respira sino barbarie. Mas si Vm. se digna de protegerle, permitiendo, que se introduzca en los poblados cultos, à la sombra de la general aceptación, que logra su nombre entre discretos, y

aun

van entre los que no lo son, que es más, y lo que à mi me importa, à bueltas de su rudeza, se hallará, que le compete por doblado motivo el Epitheto de numeroso. Y embuelta entre apariencias tan rusticas manifestará mucha cantidad continua, sin que le falte por esso la discreta.

Es un Poema, ò Canto tan breve, que parece no debia gozar los privilegios de Dedicatoria; mas por esso mismo se le debe mejor, quando solo se le procura como Carta de recomendacion. Las obras agigantadas pueden exponer su corazon, si le tienen, y si no su tomo, y su bulto, para hacerse recibir, y defenderse cuerpo à cuerpo; pero las pigmeas, yà que no puedan faticar la palestra con la fuerza, havrán de pedir socorros à la maña. Aunque yo vaticino, que à influxos de el Numen tutelar, bajo cuya proteccion se acoge oy, vendrá à ser como un Canto, que des-

gajado, aunque con manos, de estos montes se
estrellò contra los pies fragiles de la Estatua va-
ria de los tiempos, de la qual tomò, segun los My-
thologicos, la Antiquedad gentil, la distincion de
los siglos por sus metales: un Canto, digo, que
la derribò, puso en pedazos, reduxo à cenizas:
que convirtiendola en si misma, la restituyò fun-
dida de nuevo Phenix de las edades, para que,
creciendo à la grandeza de un monte, ocupe des-
pues toda la tierra. Tantos progressos ha de deber
à Vm. esta obra, que ya le debió los principios.
Entonces havrè yo cumplido el deseo de servir al
Publico, y havrè experimentado la gloria, que
configo, por estar en la dichosa necesidad de
servir à Vm. Y en interm ruego à nuestro
Señor, guarde su vida felices años. Costenda,
y Agosto 13. de 1746.

B. L. M. de Vm. su mas oblig.
Scrv. y Capellan.

Lucas Ventura Buena

PRÆ.

APROBACION DEL R. P. M.

*Fernando Vazquez, Rector del Colegio de la
Compañia de Jesus de esta Ciudad de Santiago.*

De orden de el Sr. Doñ. Don Polycarpo de
Mendoza, Governador, Provisor, y Vica-
rio General de este Arzobispado, he visto,
y leído con cuydado este Tratadillo Latino, in-
titulado: *Perfacilis Ars Chronologica*; y no solo
no encuentro en él cosa, que se oponga à la pu-
reza de nuestra Santa Fé, y buenas costumbres,
sino mucho, que admirar, y agradecer al Author,
como lo encontrarán, quantos se dedicaren al
estudio utilíssimo de la Chronologia Sagrada,
y Eclesiastica, en el methodo facil, que en él
se propone, para conseguirla con seguridad, y
acierto. Por lo que juzgo se le puede dàr la Li-
cencia, que solicita para su impressiõn. Así lo
siento, salvo meliori, en este nuestro Colegio de
la Compañia de Jesus de Santiago, á 25. de
Marzo de 1746.

JHS.

Fernando Vazquez.

NOS EL DOCT. DON GREGORIO

Posse de Soto, Arcediano de Reyna, Dignidad en esta Santa, y Apostolica Iglesia, Consultor del Santo Oficio de Inquisicion de este Reyno, Theniente-Provisor, y Vicario General en esta Ciudad, y Arzobispado, por ausencia, y nombramiento del Propietario, que lo es por su Señoria Illna, &c.

POR la presente damos, y concedemos Licencia, para que se pueda imprimir un Tratadillo Latino, intitulado *Perfacilis Ars Chronologica*, su Author el Doct. Don Lucas Bueno, respecto, con mandato del Señor Provisor propietario, se ha visto, y aprobado por el P. Fernando Vazquez, Rector del Colegio de la Compañia de Jesus de esta Ciudad. Dada en la Ciudad de Santiago à primero dia del mes de Septiembre, año de mil setecientos quarenta y seis.

Doct. Posse.

Por mandado de el Señor Provisor

Domingo Antonio Cernadas

PRÆ.

P R Æ F A T I O.



Uperioribus annis Historiam
 saltèm Sacram, & Ecclesiasti-
 ticam lustraturus, vix varijs
 & amœnioris musæi limen
 ingressus, me utroque oculo
 orbatum animadverti: Geo-
 graphia scilicèt, & Chro-
 nologia: illâ, quæ Soli des-
 criptionem; quod plurimum ad perfectam rerum
 gestarum cognitionem confert, exhiberet: hac
 quæ temporum tranfactorum ordinem, quod plu-
 rimum, non tantùm ad prophanos, sed etiam ad
 Sacros Libros intelligendos adjuvat, indicaret:
 Prioris cognitionem non adeò difficilem existi-
 mavi, ut ab instituto animum amoveret meum.
 Constat enim Geographia conspicuis imaginibus;
 ob oculosque passim errantibus, quæ jucundè
 & constantèr mentem, sivè vulgaribus, sivè miris;
 omnibus autem placidis, figuris alliciant.

Ac primùm satis constat, Sphæræ divisio-
 nem per quinque Plagas, quæ è motu Solis annuè
 confurgunt, non minus nostram memoriam pul-
 chris phantasmatis captare, quam flavicomus
 ille Hyperione natus, cum patula Mundi spatia
 solutis gressibus illustrat. Hinc spontè descen-
 dunt proprii cujusque regionis characteres: alijs

A

diu;

Diuturna glacie rigentibus ; aliis alternis . in dies
luminibus temperantiores auras expirantibus .
Hinc steriles , vel uberrimæ fruges , arenosæ pla-
nities , densi saltus , nemorosæ ripæ , celsa cacu-
mina , limosæ paludes , crepitantes ignivomi .
Hinc deniquè accolarum religio , mores , ingenia ,
arma , divitiæ , & commercia . Quæ omnia , licet
non successivo ductu à Zonarum , quibus subsunt ,
qualitate descendant , ob particulares , quæ fre-
quenter ipsi Solo inhærent dispositiones , conge-
siem tamen efficiunt infinitarum , aspeclabilium-
que rerum , optimè menti advenientium , agrè
verò ab ipsa dimovendarum .

Non ità fanè Chronologiam . Ex templo as-
perum prorsus , & nullo nitore delinitum studium
avertere . Interfœcisi passim labyrinthi temporum
anfractus comminari . Confragum quaquaversum ,
nimisque fastidiosum iter deterrere . Et quidem
meritò . Non enim Chronologia , ad instar aliarum
artium à natura est inchoata , nec aliqua ejusdem
nostris mentibus insita sunt semina , quæ foecun-
do gremio fota paulatim evolvantur , simulque
primos ad ulteriorem notitiam velut impetus di-
rigere valeant . Versatur prætereà circa motum
dinumeratum , ab omni sensu , uti ab omni ma-
teria secretum , cujus nulla sunt in cerebro ves-
tigia , nullave in ipsa mente species insculptæ , aut
si quæ fortasè sunt , adeò tenues , & indistinctæ ,
præ subiecti exilitate depinguntur , ut nihil om-
nem

hem eludant ; atque in leves auras , non secus , ac
vifa per quietem simulacra , protinus evanescant.

Sed quid ? An non omnia vinceret labor ,
quantumvis improbus ? Eccur saltem de verbo ad
verbum tenaciter memoriã non posset infigi ? Hoc
unum utiquè jam superesse fulcrum videbatur ,
quo carioli temporis tremula senectus pedem
posset firmare . Verum ne illud quidem . Totã
quippè duodecim , aut ferme , verborum combi-
natione comprehenditur Chronologia , eundem
semper sonum servantium , & tantum penes unam ,
aut alteram litteram differentium : quo ut nihil
auribus molestius , ita nihil memoriæ injucundius ,
atque inter discendum , & conservandum con-
fusioni proximus . Præterquamquod nec magnis
inferiora votis aggredereur , qui laboris impro-
bitatem utcumque corrigere ingenio commit-
teret suo :

Hæc dum pro meritis æstimavi , omnino ex-
cidit è conatu Chronologia , satius ducens non
aliam , nec clariorem temporum rationem appe-
tere , quam quæ per se se obiter ex ipsa Historia
prodiret , veritus , ne id mihi contingeret , quod
illis assolet , qui Alchymistis plus æquo adhibent
fidei : nempe , ut & questum aurum non inve-
niant , & amittant , quod aliunde ritè intentis for-
tè obventurum foret . Id nihilominus sapius an-
gebat : quo ingenio , quave arte facilis , & per-
manens ad Chronologiam posset accessus institui ?

7
Quod mihi tūm chiarus; quam si in ipsum Phi-
lofophorum lapidem offenderem. Hūc illūc mul-
totiēs anxius oculos converti, plura multotiēs
pernici discursu circūspexi, totiēsque revocā-
tus destiti, totiēs omnino de invento desperavi.

Cum eccē tibi, neseio quid aliud cogitanti
Animum subit multiplex elementorum inter se se-
mutatio omnis numeri capax: occurrit insigne in-
qualibet mutatione discrimen omnis confusionis
expers; accedit demū metrica proportio, in
quam elementa non agrē cogi possunt, summum
operi allatura. Hinc jam manibus plaudere, in-
ventum magnum extollere, alias præ aliis litte-
ras eligere, verba numeris aptare.

Mens fuit (quid enim hoc verat fateri?) hoc
magno pretio, mea quidem sententia æstimabile
arcanum non prius orbi litterario detegere, quam
enixè exoptatum fuisset. Sic enim mecum collo-
quebar: Adeo plene votis meis obsecundavit in-
ventum, ut in dilucidatione rei perdifficilis, perq̃
magni momenti, senibus ipsis, & sapientibus gra-
tissimæ, nihil præter puerilem ludum appareat
rudimentorum agitatione compactum. Itā obvium
est artificium, & cujusvis captui concessum, ut
præ despectu tantū, aut dedignatione videatur
acutissimos obtutus subterfugisse. Quid ergo?
Luce ne donabitur irridendum? Vocati spectatum
parturire montes cernent nasci ridiculum mutem?
Faxint superi, melius mihi contingat. Prius cima
mētis,

meriis, quibus immergebatur tenebris illud iterum obvolvam.

E regione verò: si ultra paternos limites non profiliat, cum, data occasione, totius, quæ latè patet, Chronologiæ seriem in promptu ducere, quod mihi proclivè erit, conspicient æquæ rerum æstimatores, qui fieri poterit, ut mirabile, & nunquam hætenùs visum, auditumve non inclament omnes? Quis non stupere? Quis non de modo inquirere? aut de præclara arte cognoscenda æstuans desiderium palàm facere? Profec-tò cernere tunc erit, quàm multiplex! quàm op-positum de eadem re placitum! Hic de coelesti afflatu cogitare: ille de ope magica suspiciopem inducere: alter de gradu illo, in quo Raymundum Lullium collocat Lamindus Pritanius differtè definire. Dumque novæ rei cupidos diversa tra-heret sententia tacita gaudia pectus audientis per-tentabunt: nam et esse aliis admirationi delectá-bit, & ultrò scire, posse jam tuto ad omnium ul-timas inventum advolare demulcebit.

Sed ista, alioquì speciosa, studiose Lectory, haud obfuere, quominus Ars inconsulta alite prodiret. Quid enim timerem? Prudentum, & proborum judicium? Isti non corripunt, ne pun-gant, aut certè non pungunt, dum corripunt. Eruditorum criterium? Eorum magnitudine me confoler, qui nomini officient meo, uti quon-dam de se scribebat Livius. Timerem ergo infi-
pien.

8
pientum immite tribunal? Gratium quidem erit
ipsis summè displicuisse. Verùm, ut ego opinor,
nullus erit, qui eò usquè desipiat, ut aliquem pro
litterarum progressu, quoquomodo sese res ha-
beat, laborantem, incivilius tractet. Apud utros-
que tamen ad modum efficacem ut indulgeant
commendationem nanciscar si in memoriam re-
vocent, rudes aliquorum vigilias, & vel ipsos
etiam errores æquè, ac clarissimorum virorum
lucubrationes studia in melius promovere. Docent
enim obscura, & ignobilia quæque, perspicuè-
que docent, quid fugiendum, ut præclara, & opti-
ma quæque quid expetendum, aut imitandum sit.
Hac duplici via parata, & asserta nobis scientia
est, erit etiam & posteris asserenda. Solet quip-
pè multorum Scriptorum caligo plurimorum ocu-
lis facem admovere, quemadmodum præeuntium
viatorum offensio reliquos, qui retrò incedunt
de vitando periculo admonet. Nec omittendum
orbis litterarii pulchritudinem, non secus ac na-
turalis in luce simul & tenebris positam esse.
Hinc suam splendoribus precium, suis præcla-
ris scriptoribus honos impensus constat. Sunt
certè Orbi Litterario indoctorum labores, sicut
Solis, Lunæque labores. Eclipsim in illis Scien-
tia patitur, ut gratior, aspectabiliorque fiat ejus
radiata facies, cum fuis atratis nubibus per im-
maculatum æthera lumina diffundit.

Igitur, amice Lector, & his permorus, &
alioqui

7
alioqui de Artis utilitate non dubius, illam edere non distuli. Absit tamen ut fucato exordio plura pollicear, quam præstare possim. Ea quidem non numeris omnibus absoluta prodit. Multa quippè desunt pro perfecta totius Chronologiæ notitia: ut series universæ Chronologiæ sæcularis; copiosus Chronologiæ solutz apparatus: illustres epochæ: difficultatū solutio: periodi, & id genus alia apprimè necessaria, ne passim huic Arti incumbens alios, aut dispersos, aut diversam in computando rationem sequutos, aut fortè, quod gravius erit, desideratos, adire cogereris. Sed ista exequi in præsentiarum non valeo, quia cogor ab hoc studiorum genere animum avocare. Nam quamvis jam in proprium usum eandem artem, diversa tamen, & valdè breviori methodo universæ Chronologiæ applicuerim, nec adeò in illa mihi benè complacui, ut de ulteriori lima non sim sollicitus, nec adeò de victu possum non esse sollicitus, ut agrum hunc etsi perutilem, nec tamen segetis, aut auri feracem ausim pro nunc ex instituto colere. Donec autem ista in magnum Artis Chronologiæ commodum non habentur præstabit admonere, ad hasce Tabulas Chronologicas concinandas usum fuisse Elementis Historiæ Abbatis de Vallemont; nisi quod in prioribus sæculis Chronologiæ Pontificiæ sequutus sum calculum clarissimi Antonii Pagii, à quo non nihil prælau-

Status Abbas discessit. Sed *computum Pagli* accepi per P. Amat. de Graveson. Hoc unum itaque in presenti intendisse sufficiat; viam indicare, qua ipse tibi possis Chronologiam parare, aut ipsam etiam Artem novis laboribus perficere.

Præcipuus tamen, pulcherrimus, maximèque optandus perfectionis gradus absdubio foret, quod quivis Artis hexameter in latina verborum significatione, præter Chronologiæ numerum, historicum etiam cujusvis Personæ quasi characterem præferret, hoc est, quod verba, non materialitèr, ut loquuntur, sed formalitèr, significarent. Utinàm labor hic, cui me imparem omninò esse fateor, per nobiliorem Artis Cultorem aliquandò Chronologiæ feliciter obveniat.

Interea benignè, comitèrque excipias, prætor, *Perfacilem Artem Chronologicam*, utarisque Sacra, & Ecclesiastica, quæ satis aptè exhibentur, utpotè mihi potissimum in votis. Si vero tibi optima aliquorum adolescentum institutio grata futura erit, sive cognatione, sive parentum amicitia, sive ministerio injuncto, cura, cum limine Grammatices egrediuntur, ut sunt memoria vegeti, non solum istas, sed & reliquas Tabulas Chronologicas, à te, aut ab alio ex Artis præscripto adornandas adamussim addiscant, Mittere, crede mihi, quot, qualesque fructus maturior ætas ostendet, cum proferet de hoc the-

sauro suo nova, & vetera. Vale.

Ta

TABELLA ELEMENTARIS

1 Ba:	11 Be:	21 Bi.	31 Bo.	41 Bu:
2 Ca.	12 Ce.	22 Ci.	32 Co.	42 Cu:
3 Da.	13 De:	23 Di.	33 Do:	43 Du:
4 Fa.	14 Fe:	24 Fi.	34 Fo.	44 Fu:
5 La.	15 Le:	25 Li:	35 Lo.	45 Lu:
6 Ma:	16 Me.	26 Mi.	36 Mo.	46 Mu:
7 Na.	17 Ne.	27 Ni.	37 No.	47 Nu:
8 Pa.	18 Pe.	28 Pi.	38 Po.	48 Pu:
9 Ra.	19 Re:	29 Ri.	39 Ro.	49 Ru:
10 Sa.	20 Se:	30 Si.	40 So.	50 Su:
51 Ab.	61 Eb.	71 Ib.	81 Ob.	91 Ub:
52 Ac.	62 Ec.	72 Ic.	82 Oc:	92 Uc:
53 Ad:	63 Ed.	73 Id.	83 Od.	93 Ud:
54 Af.	64 Ef.	74 If.	84 Of.	94 Uf:
55 Al.	65 El.	75 Il:	85 Ol.	95 Ul:
56 Am.	66 Em.	76 Im:	86 Om.	96 Um:
57 An.	67 En.	77 In.	87 On.	97 Un:
58 Ap.	68 Ep.	78 Ip:	88 Op:	98 Up:
59 Ar.	69 Er.	79 Ir.	89 Or.	99 Ur:
60 As.	70 Es.	80 Is.	90 Os.	
100 Ta:	200 Te.	300 Ti.	400 To.	500 Tu:
600 Va.	700 Ve.	800 Vi.	900 Vo.	Licet vos

calis consonam precedat.
 1000 Quælibet ex decē prioribus consonis cum Aa
 2000 Quælibet itidē cum E. 3000 cum I.
 4000 cum O. sive Vocalis præmit-
 tatur, sive non

EX.

EXPLICATIO TABELLÆ.



RS hæc verba pro numeris præscribit. In verbis non quid significant, sed quæ sint duæ priores litteræ sedulo examinandum. Harum altera vocalis tempèr est, altera consona. Quo verò totam unico intuitu Tabellam capias, disce priùs, quod nullius negotii est, quora sit in ordine quælibet ex his quinque vocalibus *A, E, I, O, U*. Itidèm quælibet ex his decem consonis *B, C, D, F, L, M, N, P, R, S*. comperiesque, *S* esse decimam, *A* autem primam. Igitur *S* cum *A*, complet primum decennium, cum *B*, secundum, cum *I*, tertium, cum *O*, quartum, cum *U* demùm, quintum. Pari modo quælibet alia consona, quora fuerit in ordine, erit etiã in numero; sed pro diversitate Vocalis, quam afficit, diversitatem quoque decennii constituet. Si fuerit cum *A*, erit intra primum decennium: ut *B*, quæ est prima, Unitatem refert. Si cum *B*, erit intra secundum: ut *C*, quæ est secunda, indicabit duodenarium numerum. Si cum *I*, erit intra

tertium : ut *D*, quæ est tertia, vigesimum tertium exhibebit. Si cum *O*, erit intra quartum: ut *F*, quæ est quarta, trigesimum quartum exprimet. Si cum *U*, erit intra quintum: ut *L*, quæ est quinta, quadragesimum quintum repræsentabit. Hinc est, quod ex his quindecim litteris, anteposita consona, resultant quinque decennia, sive numerus, quinquagesimus. Reliqua totidem decennia eadem methodo complentur ex iisdem litteris, hoc unico discrimine observato, quod antepositur vocalis. Unde, quia *M* est ordine sexta, ubi illam, *I* præcedente, reperies, animadvertes esse sextam octavi decennii: hoc est, significare numerum septuagesimum sextum. Pari modo de reliquis.

Nisi quod loco centesimi anni, qui juxta dicta explicari deberet per *Us*, assumes *Ts*, vel *At*, ut ad ducesimum procedas per *Te*, vel *Et*. Ad tricentesimum per *Ti*, vel *It*. Ad quadragesimum per *To*, vel *Ot*. Ad quingentesimum per *Tu*, vel *Ut*. Ad sexcentiesimum per *Va*, vel *Av*. ad septingentesimum per *Ve*, vel *Ev*. Ad octingentesimum per *Vi*, vel *Iv*. Ad nongentesimum per *Vo*, vel *Ov*.

Pro primo autem mille redeunt superiores Consonæ decenniis inservientes cum *A*. (nempè quælibet ex decem, non omnes simul) Pro secundo cum *E*. Pro tertio cum *I*. Pro quarto cum *O*, etiamsi Vocalis Consonam præcedat. Notum enim ex ipsa Tabula erit, de millibus *ggi*: sum quia

tempus jam elapsum certò significabit; numerum ultra decennium ire: tum quia numerus immediatè positus, centesimus v.g. aut trigessimus indicabit, præcedentem esse majorem. Si autem maior, non potest non esse millenarius. Nunc ad applicationem elementorum gradum faciamus.

ANNOTATIONES circa methodum Artis.

§. I.

PRO Chronologia Sacra recedere nolui à com-
moda illa divisione, quæ totam in quatuor
Status partitur: Patriarcharum videlicet,
Iudicum, Regum, & Pontificum. Undè quatuor
priores hexametri horum quatuor Statuum sum-
mam annorum continent. Ex quibus numerus
emergit quatuor mille annorum, in quorum ul-
timo natus est CHRISTUS DOMINUS.
Verba cujusque hexametri initialia *Archipatres,*
Judicibus, Regalis, Pontificum Statum determinant.
Reliquæ voces, quæ juxta Tabellam elementa-
rem numerorum vices gerunt summam annorum
illius Status repræsentant. Voces verò ab elemen-
tis non incipientes, ut *aurum, aut æquoris* metri
tantum causa ponuntur.

Exempla

Exempl. Inquiro, quot annis conflet *Stardis Iudicum*? Hexametrum statim ita recito: *Iudicibus Tiplas Umbras tranaverat hystrix.* Dein animadverto, *Ti* repertum in *Tiplas* significare numerum tricentesimum; *Um* verò repertum in *Umbras* significare nonagesimum sextum. Atque inde facile concludo, Statum *Iudicum* completi summam tricentorum nonaginta & sex annorum.

Deinceps ubique constantè hac methodo proceditur. Initiale verbum hexametri Persona est, per quam ducitur Chronologia. Reliqua verba, quæ pro numeris adhibentur, significant annum, vel ab Orbe condito, si fuerit in Chronologia Sacra, vel ab Æra vulgari, si fuerit in Chronologia Ecclesiastica, annum, inquam, quo natus fuit, si Patriarcha, quo Iudicaturam iniiit, si Index, quo Sceptrum, si Rex, quo Pontificatum, si Pontifex fuerit. Significant etiam annos, quibus præfuit in dignitate Pontificis, Regis, aut Iudicis, vel, si fuerit Patriarcha, annum ætatis, quo genuit Filium; nempe Patriarcham immediate succedentem.

Ut autem rectè discernas annum, quo quis inducitur in Chronologiam ab annis, quos ipse tribuit Chronologiæ, non alia tibi opus est regulâ, quam hac. Ultima vox hexametri semper significat annos, quos singuli addunt Chronologiæ: hoc est, annos ætatis, quibus genuit, per quos Iudicem egit, Regem, Pontificem, Cum verò plures sunt

Sunt anni, quam ut unica tantum voce exprimentur, ut in hexametro *Adami*, qui genuit *Sethum* anno ætatis centesimo trigesimo, tum vox aliqua, quæ non significet, dividit hos annos ab anno, quo quis inducitur in Chronologiam. Si tamen interdum vox ultima versus nihil significet, signum erit Personæ illius hexametri non tribus integrum annum, ob id fortè, quod inceperit post inceptum, deseritque nondum expleto. Fiet nihilominus non semel, ut qui per paucos menses Chronologia potitus fuerit anno integro doneatur: cum scilicet sine unius anni, & initio alterius Chronologiæ interfuit. Quoniam hoc auxilio verus habetur annus ingressus, & egressus ejusdem.

Exempl. Quo Mundi anno *Amon* Rex Iudæ regnare cepit? quotque annis regnavit? *Amon Nimbosum Titiones Ebria Captum*. Nulla hic vox non significans: ideò tuto concludo, *Captum* unice significare biennium, per quod tenuit Sceptrum, *Ni*, verò, *Ti*, & *Eb* reliquarum vocum, annum termillesimum tricentesimum sexagesimum primum, quo Rex Iudæ fuit salutatus.

Aliud Exempl. Quo Mundi anno natus est *Sethus*? & quo ætatis suæ anno genuit *Enosum*? *Sethus Tantisper Simplex præ Taxe Laccessens*. Quoniam *præ*, quæ non significat, dividit *Tantisper*, & *Simplex* à *Taxe*, & *Laccessens* comperio *Tantisper*, & *Simplex* esse annum Mundi, quo natus est

Sethus: hoc est centesimum trigessimum, *Taxe* autem, & *Lacessens* esse annum ætatis, quo genuit *Enosum*: hoc est, centesimū quintum. Vox non significans, aut fortalsè voces frequentèr reperiuntur in gratiam metri, etiamsi ultimò tantum versus verbo anni de novo per singulos Chronologia advenientes, sufficientèr involvantur.

Pro duabus aliis regulis allatis exempla non subjungam. Forè & adducta supersunt in tanta argumenti claritate. Animadvertere tamen non pigebit, annos in fine hexametri repertos additos prioribus ejusdem hexametri annis sempèr producere annum, quo ingreditur Chronologiam Persona hexametri sequentis.

§. II

A Methodo hætenùs præscripta, hæc excipias oportet.

I. Statu primo, versu vigesimo tertio *Tablinæ*, & *Saccum* non significant annum ætatis, quo *Ioseph* genuit, sicut in omnibus retrò Patriarchis, sed annos, per quos vitam integram duxit.

II. Versu proximè sequenti *Vacuitas* nomen est, sub quo intelligo spatium temporis elapsum mortem *Iosephi* inter, & nativitatem *Moyse*: nempe sexaginta, & quatuor annorum.

III. Eodem statu, versu ultimo *Istibus* exhibet octogesimum annum ætatis *Moyse*, sub quo

Po-

Populum liberavit ab opressione Pharaonis:

IV. Voces aliquot non integræ: ut *Malale*, *Madia*, &c. per sese integritatem monstrabunt, v.g. *Malaleel*, *Madianita*.

V. Statu secundo, versu tertio *Conscripti* sunt Senes simul Populo Præfeti.

VI. Statu quarto, versu primo *Clades* est vastatio Almæ Civitatis, cui tribuitur unus annus.

VII. Eodem statu, versu decimo sexto *Falsi* sunt quidam Pseudo-Pontifices.

VIII. *Inter-regnum*, & *Inter-pontificium*, tempus sine Rege, aut Pontifice.

IX. *Transitio* est transitus ab uno ad alterum annum inter decessum alicujus Pontificis, & electionem alterius. Cum enim non semper annus obitus præcedentis, sit annus electionis alterius, non liceret multoties verum annum præfigere, nisi ope hujus *Transitionis*.

X. Quamvis computatis annis ab *Adamo* usque ad *Simonem IV.* Pontificem Iudæorum summa inveniatur quatuor mille annorum, quibus exactis CHRISTUS DOMINUS dicitur, juxta calculum Chronologicum, quem sequor, verè Mundo illuxisse, tamen ut à vulgari computandi ratione non aberres, existima, Nativitatem C. D. concurrere cum anno Mundi quatermillesimo quarto. Ab hoc enim anno, ob quemdam, qui arrepsit, errorem, & non ab anno quatermillesimo ducuntur anni Salutis vulgò *Æra Christiana*

ne consecrati: Brevior itaque est quatuor annis
Ara vulgaris, quam vera computandi ratio
 postulat.

§. III.

Aliud notandum superest, brevi quiddam ab-
 solvendum, si tantisper acumen intendas:
 Quoniam ejusdem nominis plures interdum
 sunt Personæ, quas numerus tantum distinguit:
 ut *Iohannes I. II. &c. Bonifacius*, & alii, non me-
 diocre periculum imminebat ordinem sæpius in-
 vertendi, præ tenui versuum differentia, fre-
 quenter ab eodem nomine incipientium, quo fie-
 ret, ut anni *Iohannis III.* tribuerentur *Iohanni V.*
 aut quid simile. Tale malum ut averterem hoc in
 animus auxilium venit. A nomine, sub quo plu-
 res in Chronologia occurrunt Personæ, carmina
 duxi, quæ *Nominantia* vocavi, quæque tot ver-
 ba ex Elementis significantia comprehendunt,
 quot sunt Personæ sub eodem nomine. Ità tamen,
 ut nomen proprium Personæ, v.g. *Clemens*, indi-
 cet primum illius nominis, reliqua verò verba,
 reliquos ejusdem nominis ordine, quo jacent,
 Nam duæ priores litteræ verborum, quæ alioqui
 annorum numerum determinant, in carminibus
Nominantibus non aliud significant, quam ver-
 bum illud ordine tertium, aut octavum, &c. da-
 turum Chronologiam illius Personæ octavæ, aut
 tertiæ, &c. à cuius nomine hexameter ducit ori-
 ginem

ginem. Cum igitur interrogaris, quo anno Pontificatum inierit *Simo IV.* aut *Felix III.* recita carmen *Nominans* his correspondens, & sille in quarto verbo, aut tertio. Dem recita hexametrum Chronologicum incipientem ab eodem verbo: quo facto nulli abnoxius confationi annos invenies *Simonis IV.* aut *Felicts III.*

Exempl. Quæro Chronologiam *Onia III.* Pontificis Iudæorum. Hexametrum *Nominantem* incipiam ab *Onia*, qui ita procedit: *Onias Sontes Infensum*, &c. Verbum tertium est *Infensum*. igitur vices gerit *Onia III.* Nunc autem statim tibi memoria occentabit: *Infensum Litis Vix Pignora jungere Dandus*. Atque ita juxta superius dicta questum invenies

Illud ulterius admonere necessum erit, re-
perturum te frequenter in hisce *Nominantibus*
verba non significantia. Circa quod hanc præocu-
lis distinctionem teneto. Verba, quæ non signifi-
cant, nec aliud post sese verbum habent signifi-
cans, omnino non significant. Verba autem non
significantia, quæ post sese verbum aliquod habent
significans, scias non mediocri officio fungi. Sunt
autem qui Pontifices ejusdem nominis, qui apud alios
sunt in majori, aut minori numero, quam par vi-
deatur pro serie Pontificum hujus Chronologiæ
ut *Iohannes*, qui mihi est *XX*, aliis erit *XXI.* aut
XXII. Verum & id ex hisce *Nominantibus* dignos-
ces hac instructus animadversione. Pro numero
Ponti-

Pontificem ejusdem nominis in istis Tabulis re-
perto, utaris expedit numero tantum verborum
